

19



5

BX204  
P37

044

C.1

07455




1080020493

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



*Iglesia Católica*

OFFICIA PROPRIA  
MYSTERIORUM ET INSTRUMENTORUM  
PASSIONIS D. N. J. C.

JUXTA BREVIARIUM ROMANUM

CUM PSALMIS ET PRECIBUS IN EXTENSO.



CUM ADPROBATIONE SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS.



RATISBONÆ, NEO EBORACI & CINCINNATI.

SUMPTIBUS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET,

S. SEDIS APOST. ET S. RIT. CONGR. TYPOGR.

MDCCCLXXXVII.

44250

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN  
Biblioteca Valverde y Tellez

BX2049  
P37  
044

### AD PROBATIO.

Omnia concordant cum Originalibus. In fidem etc.  
Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congr. hac die 28. Sept. 1886.



Pro R. P. D. Laurentio Salvati Secretario  
Joannes Canonicus Ponzi Substitutus.



Ratisbonæ, die 4. Octobris 1886.

M. Dandl, Vicarius in Spirit. Gen.

FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

UESPA

### ORATIO

#### DICENDA ANTE DIVINUM OFFICIUM.

**A**peri Dómine os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pérversis, et aliénis cogitatióni-bus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma; ut digne, atténte, ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divinæ majestatis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Dómine in unióne illius divinæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas persólvō.

**P**ater noster, qui es in cœlis: sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cœlo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttemus debitóribus nostris. Et ne nos indúcás in tentatióne: sed libera nos a malo. Amen.

**A**ve María, grátia plena: Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus, et descéndit ad íferos: té-

benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus; nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

**C**redo in Deum, Patrem Omnipoténtem, Creatórem cœli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Pónvio Piláto: crucifixus, mórtuus, et sepultus:

007455

tia die resurréxit a mórtuis: ascéndit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vi-vos et mórtuos. Credo in

Spíritum sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiōnem, vi-tam ætérnam. Amen.

### ORATIONEM SEQUENTEM

devote post Officium recitantibus

Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulxit; et dicitur flexis genibus.

**S**acrosánctæ et indivíduæ Trinitati, crucifixi Dómini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ et glorióssimæ sempérque Vírginis Maríæ fœcündæ integrítati, et ómnium Sanctórum universitati sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remissio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum. **R.** Amen.

**V.** Beáta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Filium. **R.** Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.



Feria III.

post Dominicam Septuagesimæ.

### Orationis D. N. Jesu Christi in Monte Oliveti.

Duplex majus.

In I. Vesperis.

Pater noster. Ave María.

**V.** Deus in adjutórium meum inténde. **R.** Dómine ad adjuvándum me festína. Glória Patri, et Fílio, et Spiritui sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Laus tibi Dómine Rex ætérnæ glóriæ.

**Ant.** Venit Jesus cum discípulis suis in villam, quæ dicitur Gethsémani, et dixit illis: Sedéte hic, donec vadam illuc, et orem.

Psalmus 109.

**D**ixit Dóminus Dómino meo: \* Sede a dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, \* scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emítet Dóminus ex Sion: \* dominare in médio inimicórum tuórum.

Tecum principiū in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: \* ex útero ante luciferum génu te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: \* Tu es